Quelle:
Copyright:



13. f. 125—139. Tractatus per viam contemplationis passionis Christi compositus. Incip.: *Adoramus te, Christe, pro consummatione redemptionis.* Explic.: *Meriti copiam convertentium ad te gloriam. Amen. Explicit.*

14. f. 130—182. Tractatus amplus de gestis b. Mariae virginis ex dictis authenticis contextus. (rubr.) Prologus incip.: *Quoniam de gestis beatissime virginis, Dei genitricis, admodum pauca evangelica reperiuntur historia.* Explic.: *Jeronimus in sermone de assumtione ejus.* Opus incip.: (rubr.) *Incipit de beata virgine Maria libellus totus ex dictis autenthicis contextus. Si Deum ore prophetico iubemur, justis suis laudare.* Explic.: *Nec dabit etas.*

Continet 142 capitula.

15. f. 182—190. (Rubr.) Tractatus de laudibus beati Joannis Evangeliste. Praefatio incip.: *Completo diliguntur ex dictis sanctorum.* Explic.: *A nobis interpellando et imitando.* Opus incip.: *Beatus Johannes evangelista.* Explic.: *Ad paterne glorie claritatem.*

16. f. 190ᵇ—200. Anonymi, ordinis praedicatorum, de instructione puerorum. Incip.: *Fratribus de ordine predicatorum ejusdem ordinis.* Explic.: *Culpabile quam dampnosum.*

Fol. 201 scriptura vacat, fol. 202 continet indicem, fol. ultimum (membran.) fragmentum cuiusdam tractatus theologici.

-610-

124. [C. 2.]

Codex chart. saec. XV. Fol. 1—293 manu coaevi signat. Primum folium (membr.) non signatum est pars cuiusdam diplomatis regis Ruperti, in quo ad favorem Ludevici Poll de Vienna, clerici Pataviensis diœcesis (pro beneficio adipiscendo), intercedit. Datum Nuremberg. 1401 Febr. 19. Praeterea hoc folium continet indicem. In partibus interioribus tegumentorum legimus varia fragmenta orationum et tractatuum theologicorum. Omnia in hoc codice contenta jam edita sunt in: Migne, Cursus Patrol. (patres latini) tom. XXXII—XLVI (Opera b. Augustini). In Folio.

1. f. 1—49ᵇ. S. Augustini de Doctrina christiana libri quatuor cum duobus prologis. Primus prologus incip.: *Libros de doctrina christiana cum imperfectos comperissem;* secundus: *Sunt precepta quedam.* Opus incip.: *Due sunt res, quibus innititur.* Explic.: *Quantulumcumque facultate potui, disserui.*

2. f. 50—56ᵇ. S. Augustini de Dogmatibus ecclesiasticis. Praemittuntur duae tabulae in hunc librum. Prima tabula incip.: 1. *Quod trinitas in unitatis natura.* Explic.: *Qualiter anima ad imaginem Dei creata sit.*